



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Q. 1. Quid est Transactio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

CAPUT X.

De Transactione, Affecuratione, Fidejussione, Pignore, & Hypothecâ.

Q. 1. *Quid est Transactio?*

Resp. Est pactio utrinque onerosa de re dubia, & lite incerta sive mota, sive movenda. Hinc ad ejus justitiam tria requiruntur. 1. Ut res, super qua transigitur, sit dubia saltem probabilis existimatione utriusque partis: alioqui fieret injuria parti clarè habenti jus, quæ non componere transigendo, sed vexationem injustam redimere censeretur. 2. Ut conventio sit cum aliquo onere utriusque partis: alioqui donatio esset, non transactio. 3. Per eam lis componatur, vel dirimatur: nam ad hoc instituta est.

Q. 2. *Quid est Affecuratio?*

Resp. Est contractus, quo quis rei alienæ periculum in se suscipit, obligando se, vel gratis vel certo pretio ad solvendum ejus pretium, si perierit. Quando hæc obligatio pretio suscipitur, est contractus similis venditioni: nam venditur obligatio præstandi Domino rem indemnem, quæ est pretio æstimabilis.

Ex communi, ad ejus justitiam requiritur. 1. Ut periculum subsit saltem probabiliter, vel ab utroque judicetur subesse, ita ut rei eventus sit utrique incertus. Si enim ante contractum

N n 3

con-